



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1415. usque ad annum 1431

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118294

§. 20. Henricus Cardinalis Legatus in Bohemiam missus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66272](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66272)

Sæcul. XV. ves, Hussitis tamen militibus omnino re-
A. C. 1427. pugnantibus.

§. XX.

Henricus Cardinalis Legatus in Bohemiam missus.

*Æn. Sylv.
Hist. Boh.
c. 44. § 48.*

Pontifex animadvertisens, quod Hussitæ cunctis legationibus, sacrisque militiis eo acrius exacerbarentur, & non modo Bohemiam, sed alias quoque Germaniæ Provincias inhumana rabie, ac incredibili furore cædibus ac damnis funestare pergerent, consilium cepit, Henricum

si se universalis Ecclesiæ judicio submittere vellet. Hæccine sonant: *Liberum Religionis exercitium spondere, concedere &c.* legimus quidem in nonnullis Auctoribus Sigismundum Taboritis, quorum pauci post repetitas clades supererant, permisisse, *ut quinquennio suis moribus* (quoad usum calicis) *viverent*, non autem ut libere Sectam suam quoad cæteros erores exercere valeant, hinc *cum horum nefandas consuetudines accepisset Sigismundus*, quibus circa Sacra uterentur, *quinquennium haud quaquam se expeditaturum dixit.* Vid. Natal. Alex. Hist. Eccles. Sæcul. XV. cap. 10. art. 1. n. 3. *Liquet*, inquit Ænæas loc. cit. cap. 52. *Imperatorem*, quæ fœdera cum hæreticis percussit, *necessitate magis, admisisse, quam voluntate.*

eum Episcopum Wintoniensem in Anglia, Sæcul. XV.
Joannis Lancastriæ Ducis Filium, quem A. C. 1427.
anno superiori Cardinalem tit. S. Eusebii
creaverat, in Bohemiam Legatum mitten-
di, ut hæreticos armorum vi compescer-
re conaretur.

Dabat Pontifex hujus Legationis di-
ploma die decima octava Martii curren-
tis anni, ipsum vero Cardinalem plena
instruxit auctoritate, qua Wiclefistas tam
spirituali, quam temporali gladio repre-
mere valeret, insuper plurimas concessit
indulgentias iis omnibus, qui sacræ ex-
peditioni nomen darent, cum eadem
extensione, quæ alias cruciferis Terræ
sanctæ militibus erogari solent.

§. XXI.

Angliæ Administrator Legationis di- plomati obliuſatus.

Postquam Breve Pontificium in Angliam
delatum fuit, Glocestriæ Dux Regni
Administrator illud promulgari prohibuit,
cauſatus, regiæ auctoritati vim inferri,
eoquod Henricus Cardinalis, non saluta-
to Rege, legationis suæ munia obire præ-
fumeret; hinc tam a Legato, quam a *Addit ad*
Pontifice ad generale appellabat Conci-
lium, declarans, libentissime Henrico col-
loquii copiam esse impertiendam, si forte
ut Cardinalis, quæ nomine Pontificis

*Ciacon. in
Martln. V.*